RESERVADO
253
B. N. L.
Inc
1467



Roberti gaguini de puritate virginis marie Cum alijs eiuſ dem operibus.

Inc. 1467

# SACRO THEOLOGORVM DOCTOrum pariſienſis academiæ collegio Robertus gaguini in eadem academia pontificii iuris interpres ordinis ſanctæ trinitatis de redeptiõe captiuorum miniſter generalis. Salutem.

SCio difficillimũ eſſe de pietate ſcribenti: etiã ſi fide
libus nitit᷑ teſtimonijs p̃terire impune calũnias i-
uidorũ. Stãt enĩ paſſim arrectis aurib⁹ nõ tã vin-
dices falſitati: q̃3 alioꝝ benefacta peroſi: dũ ſuo no
mini id nociturũ putãt: qđ aliorũ laudi cõceſſum
indignant᷑. Qđ ſupra aliq̃t annos cõperi eueniſſe
in illo tãtillo codice: quẽ defendẽdi virginei cãdo-
ris ⁊ marie innocẽtie cã ediderã inſultãtibus ĩ me
aduerſarijs q̃ iampridẽ conſuetudinẽ fecerũt calũniandi quecũq̃3 ad
ꝯceptionis puritatẽ afferre ſolet pietas fideliũ. Adeoq̃3 ſthomacoſi fu
rũt libidine detrahẽdi: vt criminis hereſcos inſimulent: quos in p̄iſſi-
mã propẽſos ſententiã aĩaduertũt. Eã ob rem timoratus ipſe libel-
lum recognoui: ſi quid in eo admiſiſſem qđ veritati ꝯtrairet. Et mihi
quidẽ viſus ſum intra fidei regulas ambulaſſe. atq̃3 catenus defendiſ-
ſe marie cãdidiſſimã puritatẽ: q̃tenus ſcõ3 xp̄i p̄cellentẽ innocentiã
oportebat. Porro q̃ ſubobſcura erãt illuſtraui: adiectis aliq̃t ratiũcu
lis: q̃ aduerſarioꝝ iactãtie et gloriolis occurãt. Sed nõ idcirco aſſertio
nis mee ſecurus: emittendã e ſinu meo recognitionẽ arrogaui: niſi pri
us vr̃o iudicio oĩa ſubijcere3. Itaq̃3 q̃̃quidem tota theologici ſtudij
atq̃3 certaminis hec dſceptatio eſt: vr̃m examen iure ſubibit: q̃ permul
ti olim aut ſteterũt: aut ceciderunt. Quod enim vr̃o libratũ eſt ſcru-
tinio id ſine dubietate verũ iuſtũq̃3 a fideliſſimis q̃buſq̃3 ſuſcipitur
Xp̃iane nẽpe religioni nõ minus firmamẽto: q̃3 arrogantie plurimo-
rũ formidini ſemꝑ fuiſtis. Nã theologicce ſapiẽtie ⁊ laudis vr̃e eſt ma
iorũ veſtroꝝ grauis quondã in ioannẽ de mõteſono definitio. Cuius
defenſorẽ ebroicarum pontificẽ Guillermũ pena ſimilis complexa eſt.
Quos ad parem errorẽ ſecutus Ioannes thomas: veſtro examine dã
nationem accepit. Eodẽ exemplo Adam ſueſſioneus plexus eſt. Nec
veſtrã gaufridus de ſancto martino cenſurã euaſit. Ioãnis ade teme-
ritas erroris ſui perfidiã vobis inſequẽtibus abnegauit. Sed nũquid
petrus de canchero: Ioannes nicolai: petrus quoq̃3 de cheriaco vr̃is
diſputationib⁹ ſuperati: publice retractationis diffamatione ſe inſig-
nes reddiderũt et famoſos. Eſt profecto ſacroſanctũ veſtrũ collegiũ
aduerſus falſam doctrinã conſtans in ciuitate dei preſidiũ. fidei ⁊ pie-
tatis robur. veritatis ſpecula. falſitatis et pſeudo doctoꝝ vindex ⁊ mal
leus. Eapropter ſi quod de virginis inmaculata origine a me ſcriptu3
et vob̃ dicatũ eſt: id ſapientie veſtre decreto probabit̃: omnes latrãtiũ
et liuoris inſidias ſecurus pertrãſibo: veritate maxime ⁊ vr̃a auctorita
te ꝓtect⁹. Valete ꝓſperitate cõtinua vigilãtiſſimi fidei xp̄i ꝓpugna
tores. Ex diui maturini pariſieñ. Cenobio. kl̃. octob̃. M.cccc.xcvij.

# DE PVRITATE CONCEPTIONIS uirginis mariæ aduerſus Vincentium de caſtro nouo fratris Roberti gaguini ordinis ſanctæ trinitatis de redemptione captiuorum generalis miniſtri concertatio. Incipit fœliciter.

e St mihi mēs eqs in te procurrere telis:
Qui ſopita diu reproba bella moues.
Horrida conſtans eſt terras portenta tuliſſe:
Dirior inſurgis omnibus ydrigenis.
Nec lernea tuum natalem prodit origo:
Te genuit ſtygio torua megera lacu.
Atqꝫ humili tectum uirus diffundere cappa
Te ſcelerum & mortis conditor edocuit.
Dum uultu prætēdis ouē: dum mēbra cucullo
Contegis: introrſum uipera ſeua furit.
In chriſti matrem uaſto procurris hyatu:
Vt lupa prælonga diſcruciata fame.
Vndiqꝫ fulgentem puro candore mariam
Impius oſcena proluis illuuie.
Et circumlato mundi per regna libello:
Scribis originei criminis eſſe ream.
Talia dū regeris ſtomachanti pectore probra:
Totus in aduerſum prouocor ire pugil.
Parua gyganteam paſtoris fundula molem
In caput excuſſa glande: dedit baratro.
Ille ſacer uidit ſuperare georgius anguem
Cui ſtabat uirgo ſorte futura cibus.
Nec meus exertis cedet mucronibus ardor

Hic vicentiꝰ in ſtudio ferrarienſi. Aſſidēte hercule regionis illiꝰ duce in magna doctoꝝ corona diſputās Mariam xp̄i matrē peccati originalꝭ labe pollutaꝫ diſfiniuit. atqꝫ inde librum edidit.

Quæ ſua ſunt uirgo bella maria geret.
Conſere diua manus. atq; ĩſtrue brachia pilis.
Ardet equus laxis currere carceribus.
t Raditur eoo cũ ſurgit ab equore tytan
Eſſe uoluptatis nõ ſine uere locus.
Magnus ubi rerum princeps & cõditor orbis
Legibus adiectis uiuere iuſſit adam.
Sacra loci medio præſtabat fructibus arbos
Certa boni cuſtos. certa miniſtra mali.
Huius erat uetitum fructus libare parentes.
Cetera cedebant uſibus horticolæ.
Credula ſed mulier infœlix eua marito
Exhibet exemptum quẽ probet ipſe cibũ.
Initiũ peccati originalis. Ille ſuadenti ne dura fronte repugnet:
Veſcit᷑: auctoris ĩmemor: atq; ſui.
Effectus pctĩ originalis. Mox puduit facti. ſenſitq; expertus oriri
In ſemet uarias a ratione uias.
Nã concorde prius mẽbrorum lege coibat
Totũ hominis regnũ. Spes erat una deus.
Pena pro peccato. Pellitur inde nocens. & cogitur exul aratro
Poſcere humũ frugẽ: quã miſer eſſe queat.
Hinc nata eſt ſoboles eterno obnoxia læto:
Cui fuit & ſuperum curia clauſa diu.
Donec ab excelſo ẽ demiſſus patre redẽptor:
Qui ſe carne hominẽ proderet ipſe deus.
Peccati macula trãſit ad poſteros. Prima hominis labes infecit ſemine prolem.
Solus habet chriſtus tergere morte reos.
Perfidus his ſeuum iaculis uincentius agmen
Armat. & emiſſo milite pila uibrat.
Rõ aduerſarij. Omnis ait ſeries hominum pro ſorde paterna

Inficitur: tantæ ceu rea nequiciæ.
Hinc deus equata damnauit lege nepotes:
Subiiciens culpæ quos generaret adam.
Fallere uincenti. Cohibetur limite nullo
Conditor. & liber omnia uult: & agit.
Illaqueat. ſoluit. punit. miſeretur: ut orbis
Rector: & antiſtes: arbiter: & dominus.

Solutio cõtrarij qꝛ legis diſpenſatoꝛ ẽ deus.

Furari ſcelus eſt. ſed nonne egyptia moyſes
Vaſa ferens: furti neſcius excipitur?
Nũquid & ille iacob dextrã mentitus eſau
Dum fallit patrem dona beatus habet?
Quæ daret ulla locũ fraternæ ſãctio fraudi?
En deus impune præterit acta iacob.

Probatio ꝑ exẽplũ ꝙ legẽ de⁹ ſuſpendit in patrib⁹ veteris teſtamẽti.

Nõ turpe eſt quodcũqꝫ iubet cõplere creator:
Qui cœlũ & terras lege ſolutus agit.

Deus legib⁹ eſt ſolutus.

Sic ualuit ritum naſcendi: & mentis habende
Diſpenſare potens in genitrice deus.
Maieſtatis erat noxa ſubducere matrem:
Quæ ſola in cunctis libera fece foret.
Talis honor decuit uenturi regis alumnam:
Et matri gnatus debuit eſſe pius.
Prodiit edictum romam cum ceſar agebat
Impoſitis ſcribi cenſibus omne ſolum.
Quis neget auguſtũ potuiſſe remittere troie
Vectigal: lacio ne daret era remo?

Alia ꝓbatio ſumpta ab imperatoris edicto.

Tẽpus ubi aduenit peccatis ſoluere ſontes:
Et carnis ſanxit chriſtus habere togam:
Cõuerſa eſt natura. parit longeua uirago.
Non ſatus incluſum uentre ſalutat herũ.
Neſcia cõcubitus ſupero ſtillamine uirgo

Sic ĩ aduẽtu xp̃i multa preter legẽ nature facta ſunt ita preter legẽ cõmunez potuit de⁹ creare ꝟginẽ ſine oꝛiginali cĺpa.

Fert hominē pura uirginitate deum.
Nec dolor a partu: nec anus induſtria matri
Obſequitur. gaudet uirgo puerperio.
Belua uincenti ignoras hec (lege ſoluta)
Facta deo auctore cui fauet omne quod ē?

Ratio ꝑ alle goriá ex figuri veteris teſta menti.

Signa prius tanti extabāt ingentia miri.
Arida geſtanti florida uirga fuit.
Tranſit ab egypto populus q̄ ſtagna fluebāt:
Nec ſecus ac muro clauſa fuere freta.
Libera ſic oritur uirgo. nec originis humor
Inquinat. hanc ſtygia ſic reueretur aqua.
Cur ita? Siſte pedem uincenti: uera docebo.
Ne te diſcruciet qua furis impietas.

Rō ſumpta ab eo qđ ſcriptū eſt ipſa cōteret caput tuum.

Hec una eſt uirgo qua ceruix tūditur anguis:
Credula cui miſeris auribus eua fuit.
Principium uiciis tulit eua: maria medellam.
Hec uitæ porta eſt: mortis ut illa fuit.

Cōtraria cōtrarijs curantur.

Eua parens ſcelerum rubuit ſe noſcere nudā.
Hanc contra uicium præſtruit omnipotēs.
Mirandis rebus decuit miranda præire:
Nuncia candoris quo pia uirgo nitet.

Ratio aduerſarij.

Ecce iterum inſanis. & chriſti ſanguine lotam
Clamas. Admitto. ſic tenet alma fides.
Solius ē chriſti dono: genus omne redemptū:
Nec tanto eximitur munere munda parēs.

Nō ſolū maria ſed etiá angeli redēptionis xp̄i fructū accepérūt ſm beatū bernardū in. xxij. ſermōe ſup cātica.

Ille nec angelicus qui ſtat clariſſimus ordo
Hoc tanto fructu ſe caruiſſe feret.
Sed pluris longe eſt lapſu ſeruare cadentem:
Tergere q̄ lapſi fetida terga luto.
Gratior eſt ueniens præ morbo cura medētis:

Quam febrem paſſo mox reuocata ſalus.
De ſupera mente nil inquis dicere fas eſt:
  Cum diuina fidem littera nulla facit.
Cur ergo aſſumptam carnis cū mole fateris?
  Id nullo ueteri pagina teſte probat.
Sed nonne aſſentis ſurgentem e funere gnatū
  Mox matri uiſum? Quæ tibi lex? pietas?
Sunt pleraq; ſacris ſine teſtibus edita: quorum
  Stat manſura fides: & pia religio.

*Exēplū a medico curāte febrem.*
*Rō aduerſarij nihil ō deo aſſerēduʒ eſſe ſine teſtimōio ſcripture.*
*Solutio q2 aliq̄ creduntur ſine teſtimōio ſacrarū ſcripturarum.*

Omnia non lege quæcunq; eccleſia ſeruat
  Procedunt. conſtat moribus eſſe locum.
Ducitur humano perſepe eccleſia iuſſu
  Cui reſilire nephas eſt: obedire ſalus.
Nunc age uincenti & uim noſtrā per fide ſenti:
  Quam regit & firmat intemerata fides.

*Multa in eccleſia fieri et credi cōſuetudine.*

Quæ magis eſt xp̄i uel mors: uel uita putāda?
  Quæq; ſacris colitur: & celebranda datur.
Quid ni igitur uitæ ſanctos cōcedis honores:
  Sicut & extincto mūda ſepulchra damus?
A cruce pendentis pia curans funera ioſeph
  Syndone candenti corpus inane refert.
Et quo nulla prius ſanies illata fuiſſet:
  Exanimem buſto condit odorifero.
Tu ſcelus hoſpitium formande carnis ieſu
  Peccati macula polluis: & temeras.
Te pudeat uiuum uiciato inferre locello
  Quem ſede euectum nobilis urna capit.

*Rō ſūpta a xp̄i ſepulchro in q̄ nullus añ eū poſitus fuerat.*

Eua nocens mater gentem enixura caducam
  Candida de puro prodiit oſſe uiri.
Spirituum genitrix recreandi ſarculus orbis

*Alia rō ſūpta a ꝓductione eue q̄ ō pura coſta ade formata eſt.*

Venerit in tenebras ſordida: non fateor.
Sanctus & omnipotens (uincēti crede) parauit
Auguſtum prorſus cœlitus accubitum.

¶Rō aduerſarij ponentis duas conceptiones.

Nec binas iactes naſcendi exiſtere formas
Seminis: & fuſe per ſua ſepta anime.
Neutrū regnantis præuentu: culpa ſubegit:
Protegit a borea præuia dextra facem.

Solutio q̄ p̄uēta fuit maria ne caderet.

Et tua deſpicimus uincenti inſtantia: dum uis
Anxius accepti ſcire minuta boni.

¶Ratio aduerſarij de inſtāti purgatiōis & cōceptiōis.

Scilicet (ut phibes) punctū ſignetur oportet.
Lumen ubi primum cepit: & enituit.
Præfato res eſt. præcedunt uaſa liquorem.
Ergo præit luci ſanctificanda parens.

¶Res p̄exiſtit qualitati.

Ergo maria prius q̄ lumine clara niteret:
Fuſca fuit labe carnis origineæ.
In cyrpo nodum: & feſtucam in ſtramine q̄ris.
Quæris & in liquido lumen: & aſtra polo.

Solutio ſūpta ab oīpotētia dei.

Ingens artificis ſuſpendit gratia legem:
Purius ut matrem fingeret ætheream.
Principio tota (laxa caligine) fulſit.
Et plene irradians præualuit nebulis.
Haud aliter fulgor (ſuppulſa nube) choruſcus
Promicat. & pura lampade luſtrat humū
Aſpice: dum mentē carni deus indit ab alto:
Et creat: & fundit: uiuificatq; ſimul.

Sic̄ de aīa q̄ creādo infunditur.

Sic uitam & lumen uno ſpiramine matri
Contulit: inſtantis nulla minuta ſequens.

¶Ratio ſumpta a regū nuptijs quarum tpe fit a multis ſeruicijs vacatio

Extrema dum gente petunt connubia reges:
Nonne uides prompte libera multa dari:
Nuncius it præpes: q flumina: caſtra: meatus:

Reginæ expandat. tota tributa uetet.
Plebs omnis feſtiua canit. uacat ipſe ſenatus.
Vna omnes nuptam plauſibus excipiunt.
Stans naui exactor non inſtat querere naulū.
Non hyat ad ſtippem ianitor edituus.
Præterit interea immunis regina tributum.
Libera fit ſponſi munere tota ſui.
Haud minus adſcitā talamis regalibus: anne
Progeniem rerum machina leta colit.
Serua dei natura audit quecunq; iubetur.
Et tremit egra caro: ſe retegente deo.
Callidus & culpæ coluber ſuggeſtor iniquæ
Temperat occultis prodere ſe latebris.
Hoc more exurgens: terris liberrima uirgo
Exuperat tenebras ſydere fulgidior.
Vlla nec infecit gignendam feda libido.
Qua prurire patres qui potuere ſacri?
Cur neget alma fides ſudoris more liquari:
Semina poſſe uiris dum pia uota gerunt?
Atq; equidem credo (ſalua pietate) mariam
Prurítu nullo germinis eſſe ſatam.
Si potis eſt iactum ſtertenti abducere ſemen
Incubus: & fœtus inde fouere nouos:
Cur hominis uirtus uſu firmata pudico
Necnon & iugi trita labore caro
Non ſeſe excutiat dum format ſemine prolē:
Et reddit caſto debita iura thoro?
Aſſit præſertim ſi magni iuſſio regis
Qualis in amplexu cum tulit anna uirum.
Ille uacat noxa: nec ſtat pollutus oſeas

Applicatio ſimilitudinis ad ꝓpoſitū.

¶Probatᷣ hoc loco multꝭ ſignis et rōnibus virgineꝫ Mariaꝫ ſine parentū pꝛuritu et libidine fuiſſe ꝯceptam.

Exemplū ab incubis.

Cōcluſio per interrogationē a ſimili.

Exēplum ab Oſeā ꝓpħa.

Caſtus in aſſumpta dum meretrice coït.
Stat uirtus domini fortis dirumpere cœlos.
Et te nubifragis perdere fulguribus.
*Probat̄ mlͭ̄is experimē̄tis id fieri poſſe.* Ecce adeo ægrotum cruciās agit ignea febris:
Afflicte ut maneat nullus in ore ſapor.
Et fidei pleroſqꝫ calor: pietaſqꝫ perurit:
*A ſēſu tactus* Iam nudo ut prunas ſpernere calce queāt.
Cātauit daniel flammis circūdatus hymnos.
Num cratem martyr pertulit intrepidus?
*Cōclusio per simile.* Gratia cur nequeat arctato fomite luxus
Claudere diſſuetis regna libidinibus?
*Argumētū a ſtoycoꝝ opinione.* Stoycus exacte ſcrutatus plurima certat
Munere uirtutis ſiſtere ſic animos:
Vt nullo inſultu titubent. Tanti ualet uſus.
Suetus & a teneris uincere dura labor.
*A cyrurgia.* Sopit & ars carnē: quā ſcindere durus aliptes
Audeat. illa nihil ſentit: abeſtqꝫ dolor.
*A ſenſu viſus* Adde ꝙ & patulo ſpectamus lumine multa.
Extaſis hec eadem cernere ſæpe negat.
*Ab auditu.* Cōſtitit ad modulos ceu ſaxū īmobile nupta:
Nec dulci fracta eſt carmine cecilia.
*Ab olfactu.* Non titillat odor ſpirans opobalſama nares
Cum male mundus olet: & bene xp̄s olet.
*Epylogus.* Tāgimus: olfacimus: audimus: ueſcimur: atqꝫ
Poſſumus illeſi cernere criminibus:
*Concluſio a maiori.* Quid cauſe dicas: cur nō domet ignea uirtus
Laſciuum in membris: atqꝫ petulca ſiget?
Sacro igitur compluta caro diuinitus hymbri
Dans operā gnatis. non cupit: & generat.
*Tēperamentum propīmi* Nō dederim cūctis hoc munus. ſed qbus alget

Mens uicio: & totam ſpiritus intus alit.
Scilicet ut quicq̄ factu mirabile pangat.
Quod uere exhibuit in genitrice deus.

ſuperioris di-
cti.

Sicut opus moriens nimiū memorabile fecit:
Sic longe ſtupidum præbuit adueniens.

Argumentū
a cōparatiōe
factoꝝ xp̄i.

Inſultas iterum. & planta ſublatus inani:
In iugulum ſiccam (ſi patiamur) agis.
Exciſa eſt inquis non munda carne puella
Peccatoris ade: quo cadit & ſoboles.

Ratio aduer
ſarij.

Belua quid ringis? Lucas teſtatur Adina
Mole ſatum hieſum: Nunquid & ille ruit?

Solutio ꝑ il-
lationē incō-
ueniētis.

Non cecidiſſe deum ſumme uirtutis habetur.
Hanc ſtare integram: muneris eſto dei.
Sed ꝑor eſt gnato. prius & genus oē parētū ē.
Certa quibus xp̄i paſſio facta ſalus.
Nūquid & illa mori prægnato uirgo ualebat?
Quē dabis aſſumpte: dū cadit orbe: locū?
An geniti potuit funus precedere mater?
Non. erat affixi congemitura necem.

Rō aduerſa-
rij. Solutio ꝑ
quā oſ̄ditur
ꝙ virgo ante
xp̄i mortē mo
ri nō debuit.
Ratio aduer
ſarij.

Quæ ſi rapta ſolo ſtamen precinderet eui:
Quo migrauit enoch forte migraſſet ouās
Aut ſede illuſtri ſuperis comitata maneret:
Dum peteret gnatus regna beata patris.
Hoc tn̄ archanis clauſum penetralibus eſto.
In flammam prudens mittere nolo manū.

Temperatio
dicti.

Cetera quis pugnas temerarius undiq; pila
Cōfringam. ut penas des celer: & miſeras.
Dire inquis peſtes quas fert humana ꝓpago
Vexauere ream. mors. ſitis. eſtus. hyems.
Cura. labor. ſōnꝰ. dolor. egra ſenecta. fameſq;

Rō aduerſa
rij a defectibꝰ
corporis du-
cta.

Fomitis eſt tantum noxa repreſſa mali.
Crimis hec ſignāt tractus quo culpa nepotes
Aurigante malo ducit: agitq; ſuos.

Solutio p il-latione incō-uenientis.

His quoq; uincēti poteris tranſfigere chriſtū.
Eſuriit. frixit. languit. emoritur.
Iam neruum intorque: feries libramine eodē
Et matrem & genitū. Nūquid uterq; cadit?

Alia ſolutio per diſtinctio-nē defectuū in homine.

Morborū genus ē humano ī corpore duplex.
Vnum quale tibi naſcitur a proauis:
Nature commune malum: quod ꝓpria nulla
Culpa facit: ſed edax & uicians caries.
Nēpe fames & mors (nullo peccāte) maneret.
Nam pugnace quod eſt conditione: fluit.

Quare ī ma-ria fuerūt de-fectus.

Has ſine labe tulit præcellens femina penas.
Quippe ꝙ ad meritū talia ſemper agunt.

Quib⁹ defe-ctibus caruit maria.

Alterius (quo fit ad crimen ſemita) morbi:
(Fomes ut: & rerum neſcia pigricies:)
Expers uirgo fuit. quamq̄ pro lege fatemur
Illa ſequi. imperium ſed tenet omne deus.

Rō aduerſa-rij ſūpta ab ī-equalitate in-nocētie xp̄i et marie.

Rurſus id oppugnas. Similēq; accedere gnato
Matrem indignaris undiq; ſi micuit.
Altera ſed gnati: genitricis & altera lux eſt.
Ille ſtat. & ſemet fingit ut omnipotens:

Solō ex mō innocētie ha-bite in xp̄o.

Cui nihil: & qcquid nihilo fit paret & audit.
Nam ſunt cuncta deo ceu ſua ferra fabro.

Quos defe-ctus chriſtus contraxit.

Cū pius acceſſit noſtras legatus ad umbras
Protinus hec carnis par homo ſuſtinuit.
Nō ſordē. aut miſeri ſubolētia ꝓbra parētis.
Sed quibus extabat corpore preſſus homo

Rō ab omni potētia dei.

Maieſtas potuit ceno ſarcire togellam:

Fetida quam prorſus mēdula nulla notet.
Quod de ſe nequeat limo formanda puella:
Ni iuuet hanc cui ſit mater habenda deus.

Mundicia ꝛ innocētia in Maria ſunt a deo.

Ille ſua ſolus natura eſt criminis expers.
Hec præfulta pio lumine: ſorde caret.
Hinc ſibi feciſſe congaudet magna potentē
Dum matris uatem uiſitat elyſabeth.

Mō ī maria deꝰ maxima fecit.

Magna hūilis dixit: q̄ prorſus maxima cōſtāt.
Namq; aliis retro præſtita magna legis.
Ecce duos tradunt diuina uolumina uates
Vix fretos animis mente fuiſſe ſacros.

Probatio ab exēplo eorū q̄s ſcriptura tradit fuiſſe ī vtero ſāctificatos.

Grādia ſi magnis: cur maxima quæq; negemus
Præbita maiori: quæ præit una deos?
Quā ueſtit pulcher radiorū lāpade phœbus.
Cuius obit nitidos luna chouruſca pedes?

Probatio a ſcripturis diuinis.

Propterea totā conclamant cantica pulchrā.
Prorſus & infecte fecis habere nihil.
Hec illa eſt ueterum pulchre ſignata figuris
Fœmina: quæ uincat zeuzis: & artis opus.

Prefiguratio puritatis marie in feminis veteris teſtamenti.

Cui cedit rachel: cedit pulcherrima iudith.
Et formoſa heſter ceſſerit: & noemi.
Nec ſarra abrahami: q̄uis miranda: præibit.
Fœmineum ſuperat omne maria decus.
Trinaq; cum tantū referantur mōſtra reatus:
Fomitis & uenie ſcilicet & ſceleris.

Tria genera reatꝰ quorū nullū fuit in virgine.

Primi uis nulla eſt. uenialis nulla fauilla
Offuit. An ſceleris? furcifer hoc uideas.
Dū loqmur crimē: & mortis noxa remordet:
Sit procul a noſtris cādida uirgo probris.

Ab auguſtino.

Credimus hanc tantā cœli ſub numine: matrē

Ab āſelmo.

Mẽs poterit quantam noſcere: ducta fide.

Alia rõ aduerſarij ducta a prīcis doctoribus.

Plura qd oblatras? qd frẽdes perfuga nequã?
Sentio quo refugis. qua ſtruis arce dolos.
Vos o ſancta cohors doctorũ in prælia longo
Agmine deductos percupit eſſe duces.
Ipſe libens uobis dũ uiuo & perfruor aura
Obſequar. & iuuenis uos reuerebor auos
Hoc tamẽ impetrẽ ſinite: atq; ignoſcite diui
Dum pietate calens uirginis arma ſequor.

Reſpõſio ad dicta doctoꝝ.

Seuus ut hoſtis auet ſi ſpicula mittitis arcu:
Lætiferum diuæ ſcorpio uulnus aget.

Incõueniẽs.

Fit rea. fit caſtris nõ digna aliquãdo ſupernis.
Sed nec amata deo: putris ut unda mero.
Q đ fedũ & turpe ẽ. nec fida admitteret auris:
Publica nec recipit (parcite) ueſtra fides.

Expoſitio ſẽtẽtie doctoꝝ.

Sentio quæ uobis ſententia ſederit olim.
Omnia communi ſubdere lege placet.
Nõ arctare dei mundi moderantis habenas
Mens eſt: ut nequeat ſoluere quæ uoluit.

Suaſio ꝑ allegoriã veſtimẽtorũ ⁊ cerimoniaꝝ veteris ſacerdotij.

Pura ſacerdoti præcincto altaribus olim
Cidaris: & candens linea ueſtis erat.
Quem uetitũ ſcimus fedũ tractare cadauer.
Nec ſinere extinctis ſacra rigrare focis.
Pontificẽ ſic credo nouum: qui ſanctior eſſet:
Cœlitus & patri uictima digna foret:
Verbipare thalamum uelis ornaſſe choruſcis:
Vnde ſit a puro factus ad aſtra gradus.
Primo mortiferam qui nec contingeret aluũ.
Sed fieret mortis morte redẽptor homo.

Alia ſuaſoria ratio ꝑ ſi·

Quid panem angelicũ fedo ꝓhibetis ab ore:

Si carnem impuram primitus incoluit?
Vna fidem ſeruat chriſto moriente maria.
Vna habeat terris libera colla iugo.
Vna fores cœli uobis concepta recluſit.
Vnam præ reliquis concio ueſtra colat.
Ne ſi contactam dicetis origine matrem:
Chriſtus ab imũdo ſãguine mẽbra ferat.
Quæ fuit atra ſitu contaminat olla liquorem.
Et triſtem ſubolet illita cruſta picem.
Virgineos igitur fermenti nullus amator
Aſperet exortus. Sit mera. ſit ſimila.
Non uos oblectet duplex conceptus: ut hoſtis
Suggerit. omne tulit gratia præueniens.
Et pius antiquæ poſuit retinacula legi:
Dũ nouus ex ueteri conditur alter homo.
Lux comes e ſuperis totos radiauit in artus
Et brumam impendentẽ expulit aſtripotẽs.
Sic præcenta diu ſacrorum oracula uatum
Edita ſic cœlo ſigna relata probant.
Cui natura dedit miris compagibus artus
Addidit & lucis munera uis domini.
Perſpice uincenti quo me pius euehit ardor
Eloquar audenti carmine quod ſapio:
Cõgruit hoc gnato pœnitus luceſcere matrẽ.
Si decuit: uoluit. ſi uoluit: quid obeſt?
Quod decuiſſe liq̃t: ratio nec pugnat: idipſũ
Et dico: & clamo uelle neceſſe deum.
Qui legem tulerat uenerari corde parentes:
Omnino in matrem iure benignus erit.
Belliger ut ioſue tutetur ab hoſte gabaon:

militudinem corporis xp̄i ſacramẽto altaris.

Alia ſuaſiõ ex gratitudine.

Alia ſuaſiõ ab īcõueniẽti

Mod⁹ preſeruationis marie.

Suaſio a minori ad mai⁹

Ab anſelmo

Ratio tab eo q̄ȯ dece.

Rõ a lege q̄ eſt de parentibus honorãdis.

Ratio ſumpta ex eo q̄ȯ ō

Pro cõſeruãdis gabaonitis ſolẽ fecit ſtare ad p̃ces Joſue.

Stare polos iuſſit. ſol retroflexit iter.
Nec ducis edictum ſpræuit regnator olympi.
Hoſtibus exitium fit remorata dies.
A pharaone uolens populum ſeruare creator
Fert elementa ſuo cedere quæq; foro.
Nilus agens ranas fundit pro piſce cruorem.
Dira locuſta ſolum: corpora uermis edit.
Hec natura negat. ꝓhibet lex. obſtrepit uſus.
Eſſe tamen cernis præſide facta deo.
Sic pater omnipotẽs populi pereũtis amator
Dum ſtudet oppreſſis: & dare tutor opẽ.
Legibus imperitat. iubet in ſtatione teneri
Progreſſus rerum: dum ſibi conſtet opus.

Cõtra curioſos diſputatores de operibus et omnipotẽtia dei.

Attamen interea ſuperi de numinis actis
Diſputat argutus: ſi deus aſtra regit.
Os ſurſum profert: cœlos & ſydera ſupra
Scandere conatus pone tribunal heloy.
Atq; iterum humano rimatus robore turrim:
Cõcrepat ut nẽbroth uocibus omnigenis.

Mẽs humana deficit a ꝯſideratiõe dei ſicut viſus noctue a ſole.

Nec recipit demens: ut noctua ſole laborat.
Lucifer ut toto fulminet aſtra polo.
Ardua ſcrutantem ſublimis gloria fallit.
Numinis obiectu mens ebetata iacet.

Homĩes deficere a dei cognitione cuꝫ ipſi ſecreta et occulta nature nõ cognoſcant.

Dicite quos torquet ſcrupus tã ceca uidendi
Qua magnes ferri pondera ui rapiat.
Qua breuis echinus (nec enĩ plus ille pedalis)
Mercibus oppletam diſtinet arte ratem.
Nam neq; uis hominũ: ſed nec uiolẽtior auſter
Piſciculus nauem dum remoratur agat.

Torpedo piſcis.

Cur pelago in ſũmo cohibet torpedo natãtes.

Hanc licet obductam celet arena freti.
Vulgatum referam. ſed uirtus cognita nulli.
Miretur q̄uis crantor & empedocles.
Rheticulū pendēs quo numine texit aragne

Aranea.

Qui mella & ceras floribus edit apis.

Apes.

Ethyopi cibus eſt draco. nutrit edentem.

Draco.

Confeſtim eſt aliis peſtifer interitus.
Hoc callet nemo. quis bonus ambigit autor.
Vis facit hoc aiunt indita: ceca: latens.
O cecas mentes ſtudiorum. extantia coram
Linquimus. & longe condita diſcutimus.

Rō confuſa philoſophorum circa occulta nature

Naturæ legum expertem: penetralia credam
Ingreſſum: & magni promere ſcita dei.
Abſtruſa introrſum rebus uis tota latet uos.
Quis mentem primā calculet: & penetret?
Quis ueſtrū pœnitus ſenſim illabentia mēti
Senſerit acta dei? aut experiatur opus?
Dicitis hoc fiet: & ſtat deducere uotum.
Mox conuerſi aliud uoluitis: & facitis.

Hoīes deficere a cagnitione ſui atq; ignorare q̄d in illis deus operetur.

Pectora mens ut uult celeſtis (credite) uerſat.
Libera nec ueſtris ſubiacet inſidiis.
Non tā nigra tegit ſolem quandoq; procella:
Quam mentem recutit celſius orbe iubar.
Aſt ſemel effracta uincenti pila retorques.
Atq; redis iterum unde repulſus eras.
Eſt data lex: fateor: legem ſuſpendere qſnam
Latorem nollit: cum pius inſtat honor?
Credite. non noſtrum eſt uires & ſenſa creātis

Repetitio argumentoruz aduerſarij.

Noſcere. ſed quod agit prēdere. facta ſeq.
Stant in ſubſidiis quorum uirtute fouemur

Rō ducta ex ſententia pa-

ꝗrū baſilieñ. ſynodi.

Baſileæ patres: docta ferire cohors.
Quæ numero & rerū ſublimi robore præſtās.
Et ueri & fidei certa magiſtra manet.
Huic tuus ille ſenum poſita ceruice maniplus
Cederet. & ſynodi ſe daret arbitrio.

Sāctus thomas in ſentē tia dubius et uarius.

Diuus aquinates quē ſumis ad arma patronū
Nutat. & ambiguo te pugione tegit.
Nūc mūdā affirmat. nūc ſcribit origine leſam.
Quo pede uis cōſtet: quem uariare uides?

Rō aduerſarij ſumpta a dñica ozone.

Sed ꝓſtratus adhuc neſcis conſiſtere. Queris
Si chriſti ſeptem diceret illa præces:
An ſibi diſſolui uirgo peccata rogaret.
Vah miſer argutor: q̄ ferus obſtrepitas.

Solutio ꝑ ſimilitudinem

Ecce ſacro quiſq̄ lotus baptiſmate: ſupplex
Pectus & ora manu tundit & illachrymat.
Nōne renatus eget mox mox ſorde lauari?
Venerat ex lauacro ſydere dignus homo.

Quid eccl'ia petit qñ ozonē dñicam recitat.

Candida cui nulla eſt fœlix eccleſia ruga
Dum petit eximere debita: quid repetit?
Non admiſſa gemit. uenturi prouida mater
Gnatorum culpis condolet: & metuit.
Hoc caput eius agit īmunis crimine chriſtus.
Et delicta patrem ſoluere mœſtus auet.

Applicatio ad uirginē.

Sic uirgo indulgens: aliorum debita radi
Poſceret. et poterat noſtra putare ſua.
Nā cōmunis erat ꝑ chriſti facta redemptrix:
Omnibus ergo dolens & fuit. & meruit.

Quanto maior es tāto te humilia i omnibus.

Mēs humilis q̄ plena deo eſt: tā certat haberi
Paruaq; timens culpā: non ſibi tuta manet.
Namq; ſcit ante deū cunctos ſordeſcere cœlos.

Eſt ideo trepide ſedula cura ſui.
Iam ſi forte fuga timide dilapſus abibis:
Protenus a tergo uerbera mille feres.
Ante ſed obſtringam rutilo te fulgure ueri:
Vt qui lippus ades iam quoq; cecus eas.
Producam teſtes heſterna gente citatos.
Helſinum in primis religione ducem.
Hic datus orator anglis auertere dacos:
Dum mediis certat fluctibus ire citus:
Et præuecta ratis euro uexatur & unda:
Incertus uitæ ſuſpicit aſtra gemens.
Rumpi uela uidet: nec mali ſiſtere robur:
Et male compactum nauis hyare latus.
Hymbribus & crebra q̄ſſari grādine nautas:
Spe nulla ſeuo turbine cuncta præmi.
Hec inter pauitans animoq; egerrimus: iras
Horrebat cœli: mitis ut agna lupi.
Credidit infœlix moribundo buſta parari.
Et pelago undanti uerba ſuprema dare.
Dū flet egenus opis: miſeris & q̄ſtibus auras
Verberat: has diuæ concipit ore præces.
Virgo ſalus miſerū: propera ſubducere uētos.
Et tranquilla refer equora fluctiuagis.
Talibus acta ſenem uirgo iubet æthere labi:
Conſcius ut peragat quæ pia geſta uelit.
Peruolat ille citus inſigni uertice præſul.
Et patris helſini conſtitit ante ratem.
Atq; diu tremulum: & certū iā cedere morti
Affatus ſenior: fortiter inquit age.
Nulla tibi ex tantis graſſans q̄s turbo minat'

Celi nō ſunt mūdi in conſpectu eius.

Cōfirmatio ꝓpoſiti ex miraculis.

Ab āglia miraculū de marie ꝯceptiōe.

Reuelatio ꝺ feſto ꝯceptionis.

Pena nocet: ſi das dū loquor (abba) fidē.
Virgo potens pelagi: ſtatio requieſq; grauatis
Annuit. euades. fide. repelle metum.
Concipe iam uotis ſanctæ ſolemnia matri
Annua. quæ ſexto ferre decembris ydus
Helſine & ſtudeas: & plebi indicere cures.
Atq; aris ſupplex thura ſabea feras.
Nomen erit luci conceptio fauſta mariæ.
Tunc etenim uitæ limen adepta dea eſt.
Dixerat. helſinus ſpondet ſolatus honores.
Et grates inquit candida mater ago.
Vt promiſſa fides: repetit celeſtia præſul.
Terrentur nymbi. fit uia lucifero.
Mox polus excuſſa terris caligine fulſit.
Retulit & gratum nauibus equor iter.
Miraculum ex normādia
Alter adeſt uerax ſurgens a flumine teſtis:
Quem fluctu abſorptū ſequana reſtituit.
Nauigat a ſtupro tetra dum nocte ſacerdos:
Immemorem culpæ ſollicitauit aqua.
Pallidus aſſueto dum ritu uirginis odas
Incipit: exturbat fluctus & aura uirum.
Extinctum furie feſtinant tundere plagis.
Criminis ut penas fedus adulter agat.
Virgo ſed adueniens: hac tm̄ uoce repreſſit
Demones. ite. meus præſbyter iſte fuit.
Dū caneret nobis undoſo in flumine laudes:
Præripit huic uitā perfida ueſtra manus.
Ite. animam capiat frigens a morte cadauer.
Illa pudens ſceleris februet ipſa ſcelus.
His confuſa nocens ſe turba in tartara cōdit.

Virgo iubet men tem corpus adire ſuum.
Reddita ſed poſtq̄ defunctum uita reuiſit:
Affatur miſerum ſic pia uirgo uirum.
Vade age. nec poſt hac uicii te ſubruat unda.
Vita ſacerdotem crimine munda decet.
Te probri meminiſſe decet. iā gratus adeſto.
Munus & acceptum gratior uſq; cole.
Feſta dies tibi ſit conceptio noſtra perennis.
Quam memor octaua luce decēbris agas:
Hec effata redit. Sublimen ſuſcipit æther.
Præſbyter ut iuſſus tradita feſta colit.
Plurima conceptum teſtantur & altera diuæ.
Sit ſatis a binis teſtibus eſſe fidem.
Quid tandem ſolēne pium peccamus agētes?
Quid fidei aduerſum lux pietatis habet?
Creditur haud fruſtra terras & cuncta nouātē
Lege noua matrem iure creaſſe nouam.
Nouit ut omnis ſciens æterna men te futurum
Crimen adæ: pariter ſciuit & antidotum.
Et quod mortiferū dabat īproba culpa parētis
Tota foret uita per reparantis opus.
Non igitur decuit labem incurriſſe puellam:
Qua purganda ſciit ſordida noſtra deus.
Maxima præ multis narratur ſæpe diebus
Phaſe hebreorum: tranſitus ille maris.
Omni mardocheum celebrat iudeus honore
Patronus genti q̄ fuit ille ſuæ.
Atticus eſt cecrops uenerandus ſemp athenis.
Spartanis celebris iure lygurus erit.
Romulus eſt italis miranda laude perennis

Nihil peccare eos q̄ ꝯceptionis diē colunt.

Deꝰ in ſua eternitate duꝫ preuidit p̄mū hoīeꝫ peccaturū etiā p̄ſciuit virgineꝫ fore quam ad filij ſui icarnationem crearet.

Unāq̄qꝫ gēs ſuū auctorē celebrat.

Iudeus.

Atheniēſes.

Spartani.

Romani.

Quippe ſuum auctorē patria quæq; colit.
Et ꝑhibere audes uincenti peſſime faſtum
Eſſe diem matris qua ſit ad aſtra uia?

*Peroraratio per amplificationem.*

Sāctū ergo eſt feſtas uenerari uirginis aras.
Et demiſſa polo credere ſigna pium.
Ipſaq; iam late communi fœdere ſacra
Per populos ferri non ratione uacat.
Nec ſineret pietas feciſſe piacula iuſtos:
Eſt quibus innumeris tam memorata dies.

*Apoſtropha in aduerſariū*

Quid ſtas attonitus ceu belua lapſa cauerna?
Quam torue auertis lumina terrificus?
Orta deo quæ ſunt numq̄ diſſoluerit ætas.
Humanum in puncto ſoluitur: ut nebula.
Iam falſi aduenies mundo notiſſimus auctor.
Teq; tuoſq; ferent fulgura dira libros.
Exul abi: & circo fugiens diſcede. madentes
Et ſudore pigros iam tuba ſoluit equos.

*Virginē orat ut illi gratum ſit opus p̄ſens*

Quin etiam e ſuperis tu noſtros mater agones
Et tibi certatum protege ſemper opus.

*Excuſat ſe auctor q̄ nihil poeticū inſeruit.*

Nulla chori ueteris blādo pede muſa canēti
Affuit. eſſe potes uerſibus una ſatis.
Vt tuus illuuiem conceptus uirgo perhorret
Sic iouis & bromii nomina deſpueres.

*Q; nemo ante eū de virginis cōceptiōe carmine i gallia ſcripſerit.*

Prima per ignotum preſſi ueſtigia circum:
Gallus ubi nemo luſerat ante pugil.
Hinc plus forte equo uerbis audaculus egi.
Vix prima incultus falce nouatur ager.
Sacra ſequēs humili penetraui marte duellū.
Cetera iam punctim fortis athleta gerat.
Non mea contendo circundet tēpora laurus.
Cepta tibi pugna eſt: grata ſit ipſa tibi.

Tu facta es genitrix numinis & uiri
Qui nobis moriens in cruce rettulit
Regnum quod patrius perdiderat furor.
Fac poſthac teneat turba fidelium
Quod nati peperit cruor.

Ad diuam mariam eiuſdem gagui
ni oratio carmine aſclepiadeo.

Virgo labe carens æthere purior
Expurga uicium. fer tenebras procul.
Fac oro redeat ſpiritui uigor:
Qui te qui genitum ſanctius excolat
Toto numine pectoris.

Tu fons es ſaluber riuus & efficax
Purgando ſceleri. nec ſine te ſalus:
Nec uitæ nitidus candor habebitur.
Nam te progenuit terrigenis deus
Hymbri ut fructificent tuo.

Præmunda ueniens carnis origine:
Primos mundiciæ dat tua lux gradus.
Tu cœli reſeras facta parens fores.
Nobis lumen ades: cœlitibus decus.
Toti percelebris polo.

A te concipimus uota. preces: opus.
Auge quod cupiunt ſpes: amor: & fides.
Stat ſpretis opibus pergere liberos:
Stat uirtute polos uirgo reuiſere:

Si dux ueneris & comes.

Oratio dominica. i. pater noſter.

Sãcte hominũ genitor. quẽ fas dixiſſe parẽtẽ:
Qui cœlos habitas: & regis omne quod ẽ.
Pone tuum cũctis ſanctũ & uenerabili nomẽ:
Et regna in nobis rex pius & ſapiens.
Et quodcunq; uoles cœlo: terraq; mariq;
Aeterno fiat fœdere perpetuum.
Daq; piis hodie quẽ ſumant proſpere panẽ:
Ne deſint noſtræ iuſta alimenta uiæ.
Tu clemens noſtros iudex dimitte reatus
Fratribus ut noſtris debita corde damus.
Nec nos tentantis aſtus incurrere perfer
Sed fragilis diro ſolue benigne malo.

Sancti ſaluatoris imago uiatores alloquitur.

En ego quem cernis palmis & corde cruentũ
Patre deo genitus mens uocor ipſe dei.
Me dictante: polus & rerum cepit origo.
Omnia pro mutu ſtantq; caduntq; meo.
Sed me ſanctus amor humana carne uidendũ
Fecit. ut interitu mors mea te redimat.
Crimine primeuo mors dira ĩtrauerat orbẽ.
Parta tibi nunc eſt (me moriente) ſalus.
Saluatoris enim ſine re nõ perfero nomen.
Occido: & saluo: perdita reſtituens.
Si ſatis es gratus: nĩm eſt quod uiuis: & extas.

Quod cœli accedis incola: ciuis: herus.
His nihil ē rebus quod par perſoluere poſſis.
Corpus. opes. animus. ſpūs. hec mea ſunt.

De chriſti natiuitate carmen
aſclepiadeum.

Aduenit nouus ex æthere lucifer
Quem non terram ſuo concipit ambitu.
Nec cœli poterit claudere circulus.
Nec mens ſydere celſior.

Hunc prodit genitum uirgine cœlitus
Longe ſtella micans fulguris in modum.
Quæ mox ſedit in edibus accola.
Donec dona refert arabs.

Tris dant trina. criſim. regius hic honos.
Alter thure deū prædicat: & colit.
Dat mirrā ueniens tertius: indicans
Dire ſupplicium necis.

Bethleē teges eſt paupere uiculo.
Quo naſci uoluit carne gemens deus.
Et ſe uirgineo lacte cibarier.
Vagitu miſerabilis.

Hinc ſe diſcrutians perfidus & ferox
Herodes: perimit matris ad ubera:
Gnatos anniculis forte biennibus.
Sed nec dum ualidos loqui.

Sic regnum ueritus perdere regulus:
Molitur puerum ſeuus ut enecet.
Quod ſcriptum meminit uoce prophetica
Aſtrum de iacob affore.

Egyptum repetit ſummonitus ioſeph
Et cum matre nimis ſedulus obtegit
Infantis gemitus: quem ſcit & eſſe deum
Carnis ſordibus obſitum.

Defuncto rediit rege puer iheſſus.
Peccati tenebras ſi lumen abegerit:
Ad nos chriſtus adeſt hoſpes & incola
Veri luminis editor.

Ad pœnitentes pro chriſti paſſione
conſolatio eiuſdem.

Parce tua plebs mœſta genas rugare gemẽdo:
Ille tibi moriens quẽ nectum triſte ferebas:
Et tumulo poſitum ſaxum ſeruabat & urna:
Tartara terribilis diuino robore fregit.
Victor & e tenebris aĩas deduxit ed auram.
Styxq; uorax flumẽ raptã pro crimine predã
Euomuit. tantæ non auſa reſiſtere dextræ.
Saxea reſtituunt iam buſta cadauera luci.
Et ſolide magno crepuerũt fragmine ruppes.
Et fremitu concuſſa graui ſe terra reſoluit.
Ite. uidete locum. lapis eſt ablatus. ad antrũ
Semita tuta (metu ſtupido cuſtode) relicta eſt.

Ad buſtum fulgore nitet ſudaria monſtrans
Angelus. hunc fidei pleniſſima fœmina uidit. 14
Et petrus: & multi firmant miracula teſtes.
Se quoq; uiuentem chriſtus monſtrauit amicis:
Dum palpare iubet rediuiuam a funere carnem.
Dum panem fregit. dum piſce repaſcitur aſſo.
Datq; latus dubio tangẽdum & uulnera thomæ.
Mittite iam curas. abſoluite lumina fletu.
Magnificus mortis uictor terreſtria ieſus
Deſpuit. atq; deo uiuens: per ſecula uiuit.
Terrarum & cœli iudex cum laude futurus.
Exultate pii quos erigit inclyta uirtus.
Vobis pandit iter qui uos exemit ab orcho.
Pena malos eterna manet: carcerq; perennis.
A furiis horror. & ſpes ablata ſalutis.

De morte chriſti meditatio eiuſdem
Roberti.

Magne opifex rerum tam uaſti conditor orbis:
Chriſte dei proles: ſummi genitoris imago:
Maieſtate potens: cui cœli numina parent:
Quenq; profunda neq̃t baratri ignorare uorago:
Vnde tibi pietas: ut opertus carne uenires
Incola terrarum: mortem paſſurus acerbam:
Vnius ob crimen: tua quem manus ante crearat
Et cunctis dederas dominari rebus? erat ne
Vermis homo tanti pro quo ludibria ferres?
Ecce per omne caput te ſpina aſperrima pungit.
Sputa genas maculat: & regem ridet arundo.
Oſtentatq; manus uinclis arctata latronem.
Plurimis & toto conſciſſo corpore uirgis.

It cruor. ut nulla non parte cruentus anheles.
Iam ſtulto ſimilis: iam potor haberis yachi.
Legis & antiquæ fractor: ſeductor inanis.
Te iudea reum defert. te morte malignus
Afficit immani præſes. Sons barrabas exit
Liber. Aſt ipſe crucem cū furibus impigre ſuffers
Pendentem iudeus adit ridens. te potat aceto
Ignorans miles quæ mox miranda paterent.
Tu tamen immoto perſiſtens numine mentis
Matrem xp̄e tuam quam triſtem meror agebat
Diſcipulum curare iubes: caſtiſqꝫ fouere
Obſequiis. donec ſurgens de morte triumphes.
Inde patri moriens animam cum uoce relinquis
Addidit extincto quintam centurio plagam
Diſcludens mucrone latus: quo ſanguis & unda
Miſtica ſignantes largo fluxere meatu.
O pietas: o ſummus amor: uagire: ligari:
Eſuriem & frigus: & carnis obire grauamen:
Et uili tandem uitam conſumere ligno.
Autorem uitæ moderamen quicquid in orbe eſt.
Vt quos noxa grauis pœnis ſubiecerat orchi
Eximeres ſeruos. hec ſunt quæ ſacra quotannis
Et memorat clerus: & plebs illachrymat omnis.
Iuſte xp̄e tuos narrat peccator agones.
Qui precio tanti ſe credit ſanguinis emptum.
Nunc bone ſaluator gemebundis cordibus adſis:
Ablue quod ſordet. lumen dimitte ſupernum:
Quo ſine mens ceca ē: & uana humana poteſtas
A te noſtra ſalus: per te ſollennia mortis
Chriſte tuæ mundi ueterata ſorde colemus.

De natiuitate noſtri ſaluatoris.

Quē non aſtra ferunt: nec pōtus: nec capit æther.
Signato exhibuit uentre maria deum.
Vita: uigor rerum: ſpecioſi gloria mundi:
Fœmineo obſequio carne uolutus eget.
Natus inops uagit pannoſus ab ubere pendet:
Pendet & edicto ceſaris æra nouo.
Cur ſic diuinis tribuent humana decorem:
Efficiet liquidum denſior umbra polum:
Sic tulit infœlix miſerandi noxa parentis
Quē tamen ut redimat: fit deus auctor homo.
Ille deo tumidus ſpreuit parere iubenti.
Hic rerum princeps paret & obſequitur.
Se ſuper elatus ruit ille: ruere ſequaces.
Per fenum & ſtipulas hic rapit aſtra cruce.
Sic longe aduerſa poſita eſt ad uulnera cura.
Et cenſere humiles parua decere pios.

De eo quod ſcriptum eſt mulier amicta ſole: & luna ſub pedibus eius.

Eſt uiſa in terris cæleſti ſemine feta
Virgo nec effregit uiſcera caſta pudor.
Hanc circum irradians ueſtibat lumine phœbus.
Subter erat teneros clara diana pedes.
Stella coronabat roſeos biſſena capillos:
Nigra tenebrarum nubila diſcutiens.
Hanc poſſis uere chriſti dixiſſe parentem
Nam uirtutis habet omne maria iubar.

Ad diuinā nr̄i ſaluatoris matrem.

Virgo cui tellus: cui ponthus ſeruit: & æther.
Da ſtabilem ſine labe animum: da corpus opimis

Viribus integrum. patiens algoris & eſtus.
Cetera quæ fluitant uario diſcrimine ſortis
Et labor: & cura: & ſolers induſtria queret.

Eiuſdem ad eandem.

Non ſatis audentur tibi uirgo neſcia ſordis
Sordidus ipſe malis debita uota fero.
Sed me ſumpta ſalus euicto funere: cogit
Te benefactricem laudis honore ſequi.
Decumbebat iners tremulo ſpiramine corpus.
Atq; effecta caro mortis agebat iter.
Tu precibus clamata meis: tu uirgo benigna
Protinus ad robur languida membra uocas.
Hac ope defenſus grates & munera pono:
Atq; aram & numen pronus adoro tuum.
Tu poſthac ſi morbus erit: feſtino medetor.
Nec cum carne ruat mens ſuperata malis.

In angelica ſalutatione. Miſſus eſt Gabriel.

Aonides muſæ ueram mihi pandite cauſam:
Qua meruit uirgo mater & eſſe dei.
An fuit in maria ſeruati cura pudoris?
An mage ſummiſſo corpore mens humilis.
Scilicet iſta fuit. nam ſic e pectore ſacro
Verba ſonant locuplex teſtis & ipſa ſui eſt.
Namq; hominum caſus tandē miſeratus ab alto
Ferre deus ſummam cum ſtatuiſſet opem.
Talia uerſabat ſecreto uirgo cubili:
Iſaye ante oculos forte uolumen erat.
O ego ter fœlix matri tibi chriſte futuræ
Oſcula ſi pedibus figere pauca queam.

O mihi ſi liceat dominæ ſeruire potenti:
Aut aliqua tacite parte manere domus.
Vel ſanctos comitare gradus: & iuſſa mereri:
Vel molire ſua tradita penſa manu.
Tunc mihi nõ mẽbris uidear mortalibus uti:
Crediderim ſuperis uerum habitare locis.
Dũ ſtupet intuitu: relegit dũ uerba ꝓphetæ:
Et deſiderii plus fouet orſa pii.
Inſonuit cœlum ſubito ſtridentibus alis:
Et non exiguo mota feneſtra ſono.
Territa conſurgit: genibuſq; innixa uirago
Ad cœlum tendit corde pauente manus.
Nec mora commiſſi ſecreti gabriel iudex
O cui plena datur gratia dixit: Aue.
Pectore q̃ uerſas humili cui ſubdere totã
Te cupis: es genitrix ipſa futura dei.
Iam dominus tecum: teq; omnia ſecula dicẽt.
Nec minor eſt nato gloria parta tuo.
Dixerat hec iuuenis: cõtra nihil illa locuta ẽ:
Sed ſtabat gelido lingua retenta metu.
Atq; erat auditis tantum mens anxia uerbis.
Angelus hos iterum quũ dedit ore ſonos.
Cura dei ſummi maria es: timor oĩs abeſto.
Namq; tui fructus uentris ieſus erit.
Quẽ pater altitonans: cui cœlũ & ſydera parẽt
Progeniem faſſus tollet ad aſtra ſuam.
Nec dauidis poſthac mutabit purpura ſedem:
Aeternum cingit ſed diadema caput.
Nec quia concubitus neſcis monere uiriles
Nam ſacer implebit ſpiritus illud opus.

Maior aget uirtus humano ſemine partum:
Nil niſi tu ſanctum corpore ſancta geres.
Neu dubites quæcunqꝫ ſuo parere creanti.
Helyſabet grauido pignora uentre gerit.
Iamqꝫ ille ſextæ ducuntur tempora lunæ.
Qua ſterilem uulguus quãqꝫ uocabat anũ.
Accipe daqꝫ fidem uirgo. quæ tanta retardat
Gaudia longa mors eſt: accipe daqꝫ fidem.
Fiat mihi ſꝫ verbũ tuũ. Finierat. miti qum ſic ea uoce locuta eſt.
En ancilla dei: ſint rata dicta patris.

Ad diuũ paulum apoſtolum eiuſdem Roberti oratio.

Paule ſator uerbi quo ſe mens credula paſcit:
Hymbribus & ſacris qui pia corda rigas.
Qui capis ingentes riuos aperire ſalutis:
Et tanq̃ electum fundere uas latices:
Alter es eccleſie cœleſti dogmate princeps:
Clauigero q̃q̃ celſior extet apex.
Ambo freto immerſi cũ ſpes iã falleret ãbos
Senſiſtis domini ſubuenientis opem.
Vnus in urbe nero meritis æqualibus ambo
Plectit: quos fidei cauſa dat eſſe pares.
Prima illum ſedes: te ueri ſermo beauit.
Hic cruce diſtentus: tu petis enſe polos.
Rethitus & naui rudis ille per equora dura:
Zelo tu ueterum feruidus arma geris.
Ille fit antiſtes de piſcatore diſertus:
De raptore lupo fautor es ipſe gregis
Te uocat e cœlo cinctum mucrone redẽpto
Grandis apoſtolicus a rate cæphas abit.

Fall c(2)

Chriſtum ad crucem duci Ioannes Mariæ nunciat.

Quid facis o genitrix nati miſeranda relicti
Quid teris in ſolis ocia mœſta locis:
Deſere uirgo domũ: triſteſq; relinq̃ penates:
Iam non ſpectari ſit tibi turpe palam.
Curre præcor mater citius q̃ fœmina poſſit:
Curre per ignotas ut furioſa uias.
Ducitur ad pœnam natus tuus: en age mater
Curre: gerit durat ſanctius ipſe crucem.
Partius in medios uexatur preda leones:
Inq; feros ſimplex agna retenta lupos.

Miſeratióis plenũ Mariæ reſpõſum.

O iuuenis dilecte deo: uerum ne fateris?
Vera refers? tantũ fert pater ipſe ſcelus?
Credimus hoc ſero: nec te finxiſſe putamus.
Nec ſymeon falſo præſcius ore fuit.
Ille quidẽ ſacras puerũ dũ tollit in ulnas:
Hos cordi gladios: hæc fore tæla canit.
Ah nimiũ uates nimiũ mea dãna reuelas:
Experior ſortis triſtia dicta tuæ.
Ite precor (ſi qua eſt pietas) mecũ ite ſorores.
Quãq̃ uiã pergant: inuenien dus erit.
Cedite uos aliæ perituræ cedite matri:
Iſta meos caſus põpa dolenda uehit.
Quo feror heu præceps: diuerſo limite forſã.
Filius it noſtros præcelerat q; gradus.
Non iter hoc rectũ nobis: huc uertite curſũ
Impauida murmur perſtrepit aure mihi.
Audio clamantũ uoces: en ſpecto ruentes:

Cernitis ut miſeris carpitur ille modis?
Exp̄me uerba dolor: poteris ne reſoluere ligu
Tam cito deſtituor uiribus ægra meis.
Spes miſeræ quondā matris: tu noſter ieſus:
Ten uideo? ſoboles tu mea? te ne præmo
Hunc ego te nate aſpicio? talem ne reliqui:
Qum marthe hoſpitis digrederere tuæ?
Non erat hec facies: nō pallor in ore ſedebat
Purpureus ceſſit quo decor ille genis?
Lumen ubi eſt: ubi nunc oculorū dulce tuo
Confuſum turpi penæ tumore latens?
Aurea cæſaries fœdo maculata cruore:
Per laſſos humeros en ſine lege iacet.
Marmore cādidior ceruix habet ūdiq; uulnꝰ
Quid moror: e toto corpore gutta cadit.
Non ego te talem ſperaui nate uidere?
Quamq̄ ſic miſeræ ſepe timendus eras?
Non uas adeo ſcribarum poſſe putaui:
Non tantus populi creditus eſſe furor.
Infœlix præuia uellem caruiſſe ſalute:
Si fueram tantis obiicienda malis.
Angele qum noſtri peteres ſecreta cubilis:
Sic ego ſum uerbis dicta beata tuis.
Scilicet in toto ſexu fœlicior ulla
Non erat. hec fuerant gaudia danda mi
Cur non reſpondis? agnoſcis nate parente
Cur oculos humili tollere ſpernis hum
Porrige quæcunq; eſt: faciē mihi porrige
Forſitam hec hodie baſia ſumma feres
Dixerat. & mœſtum tēdebat ad oſcula uul

Deffecit medio ſpiritus obſequio.
Collapſamq; piæ ſuſtentauare ſorores:
At famuli natum corripuere truces.

Epythaphiū laurētii burelli.

State uiatores & flebile cernite buſtum.
Heduus hic ſitus eſt uix tria luſtra gerēs.
Moribus & forma qui ſe præbebat amandū.
Cum puer ætate: mente ſenilis erat.
Patruus aſſidua laurentius arte nepotem
Dum fouet: hunc tollit liuida parca ſolo.
Dicite. laurenti domino iam uiue burelli:
Hoc unum a uiuis umbra iacentis auet.

Alterū eiuſdē epithaphiū.

Deſinite o iuuenes uiridi confidere uitæ.
Stamine pertenui pendula uita labat.
Heduus hic cecidi terquinis editus annis.
Spē noſtram & ſtudiū mors inimica tulit.
Deſine laurenti charum plorare nepotē.
Migrandum e uita eſt cum deus ille iubet.
tuus hic cinis eſt laurentius.ūbra nepotis
Fac præcibus uideat crimine lota deū.

Vxoris umbra merentē de eius mor
te maritū alloquitur.

uid me tot lachrymis ɔiūx dulciſſime luges?
Conſciaq; erroris numina ſancta uocas?
a hominū lex eſt iuſſu omnipotentis oriri:
t ſubito in mortē cūcta referre gradū.
bi forma recens: facies ſi noſtra placebat:
n decor ut ceſſit chare marite uides.
pis hec bona ſūt. fugiūt uelut aura cadūtq;

Deſine fluxa ſequi: nec moritura geme.
Quæ latuit fragili potius ſub pectore mentē
Dilige conſortis. dilige quod ſupereſt.
Corporibus multis eſt pluris ſpiritus unus.
Hic uiget & perſtat. fit caro fœda cinis.
Aſpice quis uenies ſanie deformis ad urnā.
Quā nemo olfacere nare patente uelit.
Mecū ergo in tumulo tandē poſt fata locādus
Viue deo. & gnatos inſtrue quos peperi.

Ad mariam uirginem.

Ecce reus uoti compoſq; ſalutis & aure
Hanc cere et lichni reddo maria facē.
Iuuaſti orantē. ſoluentē debita ſerua.
Et concede data uirgo ſalute frui.

Epithaphyū ioannis de porta.

Poſt miſeros uitæ decurſos mille labores
Huc decumbo cinis. ſors tibi par ſupereſt.
Ne confide. uenit cita mors: & præripit ānos.
Diſce mori uiuens. ſydera mors tribuit.

De repentino obitu caroli octaui re-
gis francorū Epygrāma ꝑ rober. ga.

Nunc tandē agnoſco ſtultus mēdacia mundi.
Et ſpes exiguas dū punctū uiuimus eui.
Congeries nos fallit opum. nos fallit & ætas.
Nec fida ullis eſt quæſita potentia regnis.
Deſerit elatos ſublimis gloria reges.
Calcat & excelſū mors protenus atra tribunal
Inde fidem ſi uis: repetito funera carli.
Late cuius erat omnis poſſeſſio francus.
Cui tremefacta caput ſummiſerat apula tellus

Inc
1467